

in panem. quia xps et panem se dicit. et grano frumēti se cōparat. **V**ndecima conclusio. xps tale corpus tunc dedit q̄le habuit id est mortale et passibile. Nunc vero sumitur a nobis immortale et impassibile. **D**uodecima cōclusio eucharistia intincta non debet dari populo pro supplemento communio- nis. quia non legitur xpm alicui discipulorum prebuisse panē intinctum nisi Iude et tunc vero non accepit Iudas corp⁹ xpi sed tantum panem. Corpus vero et sanguinem xpi ante cum alijs discipulis perceperat.;

**S**i autem. **D**istinctio duodecima habet conclusio- nes octo. **P**rima. q. accidentia que remanent scilicet species sapor et pondus pot⁹ fatendum est esse sine substantia q. in substantia. Quia ibi nō est substantia nisi corpus et sanguis domini quibus non accidunt illa accidentia. Non enim talem formam habet in se cor- pus xpi sed qualis in iudicio apparebit. **S**ecunda conclusio. Quidam dicunt q. ibi non est fractio sicut videtur. Sed dicunt frangi. quia videtur frangi. Alij dicunt q. ibi non est res in q. fit illa species. ita est ibi fractio que non fit in aliqua re. quia nihil ibi frangitur. Alij dicunt. corpus xpi essentialiter frangi et diuidi et tamen integrum et incorruptibile existere. Sed di- ctum est q. ibi est vera fractio et partitio que non fit in sub- stantia sed in sacramento id est in specie. Xpi autem corpus ē in singulis partibus. **T**ercia conclusio. triforme est corpus xpi. Nam pars hostie missa in calicem corpus christi pro ec- clesia militante iam surrexisse monstrat. pars comesta corpus ambulans adhuc super terram. Pars in altari vsq. ad finem missae remanens corpus xpi iacens admiscenda pro his q. sūt in purgatorio. in sepulcro. nam vsq. ad finem seculi corpora sanctorum in sepulcris erunt. Fractio autem passionis et mor- tis xpi est representatio. Et est notandum q. hodie non ser- uatur apud nos de reseruanda parte vsq. ad finem missae. **Q**uarta conclusio. caueat quisq. ne indignus percipiat. q. iudicium sibi manducat. Indignus est qui aliter celebrat mi- nisterium q. xps tradidit. Vel qui habens mortale peccatum accedit. Sic igitur uiue vt quotidie merearis accipere. ait Am- brosius. **Q**uinta conclusio illud quod gerit sacerdos in alta- ri est et dici debet sacrificium vel imolatio. et semel Christus mortuus est in cruce scilicet ibi imolatusq. est in seipso. Quo- tidie autem imolatur in sacramento. Quia in sacramento re- cordatio fit illius qd. semel factum est et vbicunq. offerit vnū